

NvK an Leonhard von Natx. Er reagiert gereizt auf einer neuerliche Aufforderung zur Bestellung eines Vikars sowie auf Vorwürfe, dass er sich nicht ausreichend für Hz. Sigismund eingesetzt habe. Leonhard solle vielmehr den Dompropst zur Erfüllung seines Treueids anhalten. Das Domkapitel solle einen Gesandten zu dem Gerichtstag am 4. August nach Siena entsenden, um sich zu rechtfertigen.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB*, Cod. Cus. 221 p. 123f. Über dem Text: Magistro Leonardo de Netz.

Eternam salutem. Honorabilis vir. Recepi statuta et que scripsistis.¹⁾ Addicitis de vicario. Miror, cur hoc scribitis, cum sciatis hoc fieri non posse et satis informatus fuistis Senis.²⁾ Quid ibi faceret vicarius, ubi nulla nec fides nec obediencia quo ad catholicam ecclesiam? Commisi aliqua vobis referre. An fecistis, dubito, quia nichil respondetis. Audio d. ducem facere convocationes cleri³⁾, de quo nemo scribit. 5 Quidem retulit, quod peciit, consilium, sed sanum consilium nemo sibi dedit sive causa non fecit, ut totam culpam in miserum prophanum clerum proiciat. In fine scribitis, quod nisi policita per me principi habeant effectum, non creditur me diligenciam fecisse. Ego feci, quod debui et promisi, et plus quam promisi. Sed quod non creditur, nichil ad me. Nam quales homines sint ibi, mundus cognoscit. Me hic multi cogno- 10 scunt. Ego promisi consulere et facere diligenciam, et feci multo plus quam debui. Sed nulla promissa michi umquam servata sunt neque servantur! Scripsi doctori Laurencio et me ipsum quitavi binis litteris⁴⁾, ex quo ego sanissimum consilium dedi, et non est acceptatum. Ideo illi promisso satisfeci et experientur de patria me sanum consilium dedisse. Dicite domino preposito⁵⁾, quomodo pro sua obediencia et religione bene 15 deceret, quod constans esset et iuxta prestitum juramentum fidelitatis michi in persona predecessoris mei modo cuncta scriberet etc. Ipse habet deo strictam reddere rationem de hoc. Eciam dicatis sibi, ex quo notorium est monitorium publicatum⁶⁾, et dies declaracionis penarum et interdicti erit dies quarta augusti, quod non credat illis, quid nolunt intelligere, ut bene agant, et querunt excusacionem, que eos ducet ad infernum, 20 et quod ab illa die quarta faciat, ut catholicus et obediens apostolice sedi servando interdictum et vitando excommunicatos. Et consulo sibi, ut aliquem mittat Senas, qui ipsum pro illa die de hoc negocio et receptacione excommunicatorum et non observancia interdicti in preteritum excuset, in quantum potest, et audiat, quid sentenciabitur. Et requiro vos, ut ostendatis sibi in istam litteram. Valete. Ex Senis, 17. julii 1460. 25

N. cardinalis sancti Petri

2 sciatis: *em.* scicitis.

¹⁾ Nicht erhalten.

²⁾ Leonhard von Natx hatte zuletzt Anfang Juni 1460 mit NvK in Siena verhandelt; s.o. Nr. 6237. Dabei war zum wiederholten Mal bei NvK die Bestellung eines Vikars in geistlichen Angelegenheiten angemahnt worden, die dieser aber verweigerte.

³⁾ Offenbar hatte NvK Gerüchte von der Innsbrucker Zusammenkunft der Brixner Pfarrer und Pfarrvikare zu Ohren bekommen, bei der am 14. Juli die Appellation verkündet wurde; s.o. Nr. 6265.

⁴⁾ S.o. Nr. 6252 und 6258.

⁵⁾ *Jakob Lotter, Brixner Dompropst.*

⁶⁾ *Das Monitorium Pius' II. vom 19. Mai 1460 war ab dem 21. Juni an mehreren Orten publiziert worden; s.o. Nr. 6222 Anm. 3.*